



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

H

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

pro reliquis : *Congreg. Episc. in vna Ma-  
cerat. Junij 1583.*

## Gratia.

- 1 **P**ro gratia, vel iustitia obtinenda in Curia prohibetur dari aliquid, vel promittere, sub pœna excommunicationis lata sententiæ reservata absolute Papæ. Gregor. XIII. Anno 1573.
- 2 Ampliatur etiam respectu quorumvis tribunalium, etiam laicalium, in toto statu ecclesiastico, sub eadem pœna, & alijs. Clem. VIII. apud Naldum. *Gratia numero 14. & habetur in Bulla de Bono regimine. §. 22. 15. August. 1592.*
- 3 Falsò obtentæ in criminosis summarie recognoscantur ab Episcopo, & rejiciantur. *Trid. sess. 13. cap. 5.*

## Græcorum iura.

- 1 **G**ræci degentes in locis Latinis, & eorum Ecclesiæ, & pia loca subiecta sunt Episcoporum Latinorum visitationi, & omnimodè iurisdictioni, reservatis eorū approbatis ritibus. Pius IV. A. 1564.
- 2 Ne Græci latino more Missas, & divina officia celebrent, nec Latini è contra sub pœna suspensionis perpetuæ divinis. Pius V. A. 1566.
- 3 Ritus quoque proprii circa Sacramenta serventur, ex Clement. VIII. Decreto apud Quar. in summ. Bullar.
- 4 Fidei professio fiat à Græcis iuxta formam data à Gregor. XIII. apud Quar. *ibidem.*
- 5 Mulieres Latinæ datæ Græcis in matrimonium ne permittantur vivere ritu Græcorum. Cong. Episc. 20. Febr. 1590. *Præcedentia num. 15.*

## Hæretici.

- 1 **I**n locis Italiæ, & insularum adjacenti nullus hæreticus quovis prætextu domicilium contrahere, habitare, aut morari possit. Gregor. XV. Anno 1622.
- 2 Neque cuiquam liceat hæreticos receptare, opem ferre, favorem, &c. *idem ibidem.*

3 Et contra prædictos procedatur iuxta formam iuris, & puniantur. *idem ibidem.*

4 Itali quicumque ne audeant habitare in loco hæreticorum, in quo non est aliqua Ecclesia cum sacerdote catholico. Clem. VIII. An. 1596.

5 Abstineant item à matrimonio cum hæreticis mulieribus, hæreticorum sepulturis, & mutuo compatrum officio in baptismo non legitimo, neque eorum medicis utantur, nisi ex inopia catholici. *idem ibid.*

6 Antequam eant ad eos, id significant Ordinarijs, quibus singulis annis transmittant testimonium de confessione, & communione facta. *ibidem.*

7 Aliàs procedi potest contra eos, ut de hæresi suspectos. *ibid.*

8 Nemo mittatur ad hæreticorum loca, etiam causa mercaturæ, nisi agant annum vigesimum quintum. Prou. 6.

9 Neque eant sine licentia Deputati ab Episcopo, & cum redeunt, ferant testimonium ab Episcopo seu Parocho catholico, quod ibi catholicè vixerint. Prou. 3.

10 Qui propè hæreticorum loca habitât, ea conditione concedatur accessus, ne die festo illic opus servile faciant, imò redeant die festo. Prouine. 6.

11 Nullo modo liceat alicui sua bona vendere, ut illi constituent domicilium. *ibid.*

12 Suspectus est de hæresi, qui obdurato animo censuris annexus in illis per annum inforduerit. Trident. *sess. 25. capit. 3.*

13 Bis in anno initio Adventus & Quadragesimæ moneantur populi à Parochis, ut reveleant suspectos de hæresi. Prou. 2.

14 Si odij, gratiæ, vel amotis, lucri vel commodi temporalis obtentu contra iustitiam, & conscientiam omiserit Episcopus procedere contra quemcumque super hæresi, suspenditur per triennium ab officio. Barbof. *allegat. 111. numer. 30.*

15 Non potest Episcopus absolovere hæreticum, licet Concil. Trident. concedat ei facultatem ob Bullam Cœnæ. decisum referunt DD. apud Barbof. *alleg. 40. numer. 23. 24.*

- 16 Data in Iubilæis facultate absoluendi à casibus in Bulla Cœna, reseruat tamen crimen hæresis. DD. citato à Barbof. *alleg. I. nu. 178.*
- 17 Non potest Episcopus dispensare in irregularitate, quæ provenit ex hæresi, per *cap. li ceat Ricciulli. de iure person. lib. 5. c. 16. nu. 6. contra Sanchez & alios.*
- 18 Et longè minus quoad vsum sacerdotij in altaris ministerio. *idem ibid. nu. 8. V. Excommunicatio. numero 43. Irregularitas. numero 36. 60. 64. 65. 66. Libri prohibiti. numero 8. 9. 28. 29. Regularium iura sub Episcopis. numero 63. Vicarius Capitularis. nu. 1.*

- 13 Fiat hæc adoratio cum corporis prostratione. *ibid.*
- 14 In Parasceue non potest fieri nocte processio cum Eucharistia. Congr. Ep. 22. Martii 1596.
- 15 Sabbato Sancto non sunt pulsandæ campanæ à quoquam ante Cathedralē, seu Matricem ecclesiam. Congr. Lateran. *sess. 11.*
- 16 Matrix in Diœcesi est Parochialis Ecclesia. Congregat. Rit. 9. Februar. 1608. *V. Baptismus. nu. 37. 38. Confraternitates. nu. 26. Missæ Ritus. nu. 27. Oratio publica. nu. 20.*

Hebdomada maior.

- 1 **A**D legendam Passionem in Missa priuata non extinguuntur luminaria in altari. Paul. Comitol. *in resp. mor. lib. 1. qu. 49.*
- 2 In pulsatione, quæ fit in fine Matutini tenebrarum, arceatur indecorum tumultus. Prou. 1.
- 3 Is in fine tantum, semelque fiat. Prouinc. 4.
- 4 In Feria v. communio cleri fiat in Missa solemnī. Congregat. Rit. 27. Sept. 1608.
- 5 In hac Feria, & sequenti processu cum Hostia in calice reseruata non fit extra Ecclesiam. Congregat. Episc. 6. Aug. 1591.
- 6 Locus pro reponenda Hostia paretur, non cum pannis nigris. Gauant. *in Thes. Sac. Rit. tom. 1. par. 4. titul. 8. numero 9.*
- 7 Hostia reposita videri non debet, sed in Calice, & Arca seruari. Prouinc. 4.
- 8 Clavis Arcæ non debet dari laico, quantumuis nobili. Congr. Rit. 30. Ian. 1610.
- 9 In Parasceue si incidat festum Annunciat. B. Virg. non tenentur fideles audire Missam. eadem 19. Febr. 1622.
- 10 Neque in die fiat communio, nisi infirmorum. eadem *ibid.*
- 11 Adoratio Crucis ne fiat alibi eo die ante statam horam in Cathedrali. Prouinc. 5.
- 12 Nec in Diœcesi ante horam ecclesiæ Matricis. *ibid.*

Hebrai.

- 1 **H**Ebreorum sit vna tantum Synagoga, neque vicina nostris Ecclesiis. Paul. IV. Anno 1555. Pius V. 1567. Prouinc. 5.
- 2 Noua Synagogæ prohibentur ædificari, & diruta renouari; ruinosæ tamen possunt refarciri. Sylu. *V. Iudæi qu. 4. ad 5.*
- 3 Bona immobilia possidere non possint. Paulus IV. & Pius V. *sup.*
- 4 Portent habitum, & signum distinctiuum. Sylu. *loc. cit. qu. 4.*
- 5 Non prodeant in publicum in triduo maioris hebdomadæ. *idem ibidem ad 6.*
- 6 In Parasceue ostia claudant, & fenestras. *ibid.*
- 7 Ne circumcidant alienos. *ibid.*
- 8 Ne ducant Christianam in vxorem. *ibidem.*
- 9 Ne impugnent dogmate peruerso fidem catholicam. *ibid. ad 14.*
- 10 Ne habeant officia publica, neque dignitates. *ibid.*
- 11 Neque commercium, quod possit esse grauamini Christianis. *ibid.*
- 12 Ne recipiantur vt testes contra Christianos. *ibid.*
- 13 Cogantur ad restituendas vsuras supra id, quod eis toleratur, per iudicem ecclesiasticum, si laici negligant. *ibid.*
- 14 Cogantur, ne exigant vsuras. *ibid.*
- 15 Cogantur ad soluendas decimas prædiales. *ibid.*
- 16 In libris rationum scribant Italicè, sub

- sub pœna nullitatis, seu lingua communi loci. Paul. IV. *vbi sup.*
- 17 Sola arte strazzaria, seu cienciarie vtantur. idem *ibid.*
- 18 Et menses in eorum computis sint triginta dierum complutorum. idem *ibid.*
- 19 Pignora non possunt vendi à Iudæis, nisi post 18. menses integros. idem *ibid.*
- 20 Non habitent in ædibus vicinis Ecclesie. Prou. 1.
- 21 In festis nostris nequidquam feruile agant. Prou. 5.
- 22 Ne permittantur accedere ad monasteria Monialium. Cong. Episc. 28. Nouemb. 1594.
- 23 Non debent cogi ad fidem nostram. Sylu. *supra qu. 6.*
- 24 Neque impediri in suis ceremonijs, modo non fiant in opproprium fidei. *ibid.*
- 25 Neque in sabbatis trahi ad iudicium. *ibid.*
- 26 Nec effodi, aut violari eorum sepulchra. *ibid.*
- 27 Neque spoliari bonis in iustè quæstis, si conuertantur, neque debita successione in bonis suorum. *ibid.*
- 28 Habeatur concio ad eosdem, qui iussi conueniant. Prou. 1.  
*V. Concio sacra nu. 59. 60.*
- 29 Promulgetur aliquando Const. Greg. XIII. Anno 1581. contra blasphemias eorum. Prou. 6.
- 30 Si deliquerint in prædictis, sortiuntur forum ecclesiasticum. *capit. postulasti de iud. v. ide Abb. in dem. 1. num. 2. de test. & Sylu. loco citato qu. 5. secundum.*
- 31 Nostri vero ad Synagogas eorum non eant, neque ad conuiuia, nuptias, choræ asue. Prou. 1.
- 32 Nec iisdem famulentur assidue. Sylu. *loco cit. qu. 1.*
- 33 Si operas locant, cum ijs non comedant. Prou. 1.
- 34 Nec azyma eorum manducent. Sylu. *loco cit.*
- 35 Neque mulieres nostræ sint nutrices infantum in domibus eorum. Sylu. *ibid. quest. 2.*
- 36 Neque potest Episcopus in hoc dispensare. idem *ibid.*
- 37 Extra eorum domum, possunt de licentia Ordinarij. Prou. 1.
- 38 Neque iuuent hebræas ornandas. *ibid.*
- 39 In diebus festis cum ijs non contrahatur. *ibid.*
- 40 Ne agri, bonæ ecclesiastica ijs locentur, neque sacra supellex pignore detur. *ibid.*
- 41 Eorum opera ne matrimonia tractentur. *ibid.*
- 42 Neque ij, vti medici, vocentur. *ibid. v. Medicus. nu. 7.*
- 43 Nec in balneo cum ijs se lauent. Sylu. *loc. cit.*
- 44 Nihil in testamento ijs relinquatur. idem *ibid.*
- 45 Participantes clerici cum Iudæis priuandi sunt officio, & beneficio. Sylu. *quest. 5.*
- 46 Laici vero excommunicandi. *ibid.*
- 47 Seruus Iudæi, si sit Christianus, est liber. idem *qu. 3.*
- 48 Cathecumeni ne baptizentur, nisi prius instructi Prou. 1. Post octo menses. *cap. Ind. de conf. dest. 4.*
- 49 Non tenetur Episcopus, neque Parochus alimenta dare Cathecumenis, Nauarr. *conf. 1. de bapt. nu. 2. par. 3. lib. 3. ead. 2.*
- 50 Si moriantur Cathecumeni, non tradantur ecclesiastica sepultura, neque cum psalmis eorum cadauera ducantur. Ricciull. *de iure person. lib. 3. c. 4. num. 35.*
- 51 Neque pro ijs Missæ fiant. idem *cap. 5. num. 3.*
- 52 Baptizati saltem per annum curæ alicuius probi viti committantur. Prou. 1.
- 53 Neque hi inter se multam consuetudinem habeant, neque vlla in re mosaicos ritus retineant. Paul. III.
- 54 Circa bona eorum, dotemque feminatum seruetur Constitut. Pauli III. Anno 1542.
- 55 Gaudeant privilegijs, libertatibus, ac immunitatibus ciuium locis, in quo baptizantur. idem *ibid.*
- 56 Male parta: incertæ restitutionis in pium vsum iisdem baptizatis conceduntur. idem *ibid.*
- 57 Redeuntes ad Iudaismum puniantur, vt hæ-

vt hæretici, post monitionem canonicam. idem *ibid.*  
*V. Libri prohibiti. num. 6.7.*

## ADDITIO.

## Hermaphroditus.

- 1 Est irregularis. *Nau. in Man. c. 27. num. 203. Tolet. & alii.*
- 2 A Papa dispensandus, idem.
- 3 Is, in quo preualet sexus virilis, potest deinde ordinari. idem.

## Hora Canonica.

- 1 Non est relinquendum officium Breuiarii pro officio deuotionis. Congregat. Rit. 29. Nouembris 1603.
- 2 Episcopus Regularis debet recitare officium iuxta ritum sue Diocesis, non Regulæ. eadem 11. Iunii 1615.
- 3 Cappellani Episcopi conforment se illi. eadem *ibid.*
- 4 Qui est de gremio Ecclesiæ alicuius, debet recitare officium, quod in Choro dicitur, licet alibi moretur. eadem 8. Sept. 1602.
- 5 Clerici, licet adscripti alicui ecclesiæ, non tamen obligati Choro, non tenentur recitare officia, quæ in Choro propria dicuntur. eadem *ibidem.*
- 6 Non potest Episcopus addere officia sanctorum, nisi iuxta Rubricas Breuiarii, vel de licentia Sedis Apostolicæ. eadem 8. Aprilis 1628.
- 7 Neq; potest extendere officium concessum Ciuitati ad Dioccesim. eadem 16. Ian. 1607.
- 8 Non potest fieri officium de sancto, eo quod in loco sit eius nomine ecclesiæ, vel reliquia, nisi in proprio titulo Ecclesiæ, & ubi est Reliquia. eadem 8. Apr. 1628.
- 9 Conceditur officium duplex pro Reliquia insigni, & approbata. ead. 3. Iun. 1617.
- 10 Reliquia insignis est corpus, caput, brachium, crus, & ea pars, in qua passus est martyr, integra. eadem 8. Aprilis 1628.
- 11 Prædicta sub pœna nullitatis officii. *ibidem.*

12 Festum Rosarii celebrari debet ubique, ubi est altare Rosarii, sub ritu duplicis maioris, in Domin. 1. Octob. Greg. XIII. Anno 1573.

13 Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis habet octauam in Ciuitate tantum, & celebratur festum in tota Diocesi. Congr. Rit. 2. Maii 1619.

14 De sancto canonizato non potest fieri officium sine nouo Decreto Congregationis Rituum, extra propriam Ecclesiam. ead. 9. Dec. 1628.

15 Officium, & Missa B. Rocchi conceditur tantum in Ecclesiis eius nomine dicatis. eadem 26. Nouemb. 1629.

16 Moniales ne dicant in, Confiteor, ad Primam, & Completorum, Tibi mater, Vobis sorores, sed vt in Breuiario ead. 18. Aug. 1629.

17 Officium paruum B. V. debet dici in Choro, etiam in Dominicis, si aderat consuetudo. eadem 1. Sept. 1607.

18 Et tempore Paschali non additur, Alleluia, Antiphonis, nec aliis. eadem 28. Martii 1626.

19 Vespere Defunctorum pro prima die mensis dicuntur post Vesperas, etiam Dominicæ, si accidat hæc ante primam diem. eadem 23. Maii 1603.

20 Matutinum Defunctorum in die Commemorationis omnium Defunctorum recitandum est mane, nisi Episcopus sit celebraturus die sequenti solemnem Missam. eadem 1. Septembris 1607. & Carem. Episcop. lib. 2. c. 10.

21 Calendarium quotannis edatur ab eo, quem Episcopus elegerit. Prouinc. 4.

22 Recognoscatur à peritioribus. *ibidem.*

23 Notentur in eo dies Coronationis Papæ, & Consecrationis Episcopi, vt saltem Collectæ dicantur in Missa Prou. 3. 4. 6.

24 Beneficiati, qui eas omittunt sine iusta causa, non faciunt fructus suos respondentes diebus illis, in quibus omiserint. Pius V. An. 1571.

25 Qui Matutinum omittit, dimidiam partem fructuum diei amittit: qui reliquas Horas dimidiam. *ibid.*

26 Qui Horarum singulas, sextam partem fructuum. *ibid.*

27 Qui primo semestri omittit, peccat graui-

- grauiter, sed fructus facit suos. *ibid.*
- 28 Præstimonia, portiones præstimoniales, & qualiacumq; alia beneficia cum prædictis conueniunt. *ibid.*
- 29 Qui pensionem habet, eodem modo obligatur pro rata, in Horis Beatæ Virginis. *ibid.*  
*V. Altare, numero 30. Beatorum cultus, numero 22. & seqq. Ecclesiæ reconciliatio, numero 13. Interdictum, numero 10. & seqq. Regularium iura sub Episcopis, numero 27. 28. Reliquia SS. numero 45.*
- 9 In laicali videat Episcopus saltem, an omnia fiant iuxta mentem fundatoris. Barb. *loc. cit. m. 7.*
- 10 Procuracionem non debet Episcopo visitanti. Sylu. *V. Hospitale. qu. 9. Quintum.*  
*V. Seminarium clericorum, numero 28. 29.*

## Ieiunium.

## ADDITIO.

- 1 Commemoratio Sanctæ Mariæ debet oratio fieri in officio currenti in Ecclesiis eiusdem nomine dicatis, etiamsi officium paruum eiusdem recitatum fuerit: eum ibi sit Titularis. *Cong. Rit. 10. Ian. 1604.*
- 2 Officium S. Franciscæ Romanæ in Vrbe Roma est ad libitum ritu semiduplici. *ead. 13. Mart. 1632.*
- 1 Potest Episcopus ieiunium transferre in præcedentem diem, quando illud occurrit in festo solemn. Sylu. *Ieiunium, quæst. 7.*  
*V. Festi dies. m. 15. 39. 40.*
- 2 Item potest ex causa dispensare in ieiunio, & in bonum aliud compensare. idem *ibid.*
- 3 Item in ieiunio ex voto. *ibid.*

## ADDITIO.

Si vigilia S. Matthiæ incidat in vltimam diem Bacchanalium, potest Episcopus transferre ieiunium in præcedens Sabbatum, ne violetur ieiunium. *Dian. 3. p. r. 6. Miscell. ref. 66.*

## Hospitale.

- 1 N Oni fundatum sine auctoritate Episcopi non subditur Episcopo. DD. apud Barbof. *alleg. 75. numero 3.*
- 2 Si locus ab antiquo sit in forma Ecclesiæ, vbi Sacerdotes celebrant, præsumitur auctoritate Episcopi fundatum, DD. *ibid. m. 5.*
- 3 In dubio, præsumitur Episcopo subiectum. Sylu. *V. Hospitale. quæst. 11. Quintum.*
- 4 Potest Episcopus visitare quodcumque, nisi sit sub Regum immediata protectione. *Trid. sess. 23. c. 3. & sess. 7. c. 15. & sess. 25. c. 8.*
- 5 In dubio, an sit sub immediata Regum protectione, cognitio causæ spectat ad Episcopum. Decisum refert Martha *de iurisd. part. 2. capit. 18. numero 8.*
- 6 Vni, & eidem personæ administratione vltra triennium concedatur. idem *sess. 15. cap. 8.*
- 7 Nisi aliter in fundatione reperitur. *ibidem.*
- 8 Si inutile reddatur, potest Episcopus cum duobus de Capitulo conuertere redditus in alium pium vsum. *ibid.*
- 1 N Vlla est, & inualida ab ortu suo Congregatio mulierum Iesuitarum, & quatenus opus est, supprimitur, & extinguitur. Urban. VIII. Anno 1630.\*
- 2 Neque tenentur ad obseruationem votorum ad instar solemnium in ea emissorum. *ibid.*
- 3 Habitent extra collegia, domosque, vbi habitauerunt; neque simul degant, neque simul conueniant ad aliquid spirituale, vel temporale tractandum; habitum deponant, ad eundem alias nõ admittent; neque amplius eum resumant; nec vlli earum ad hæc consilium, auxilium, fauorem, directè, vel indirectè, aut quomodolibet præstent; neque pro religiosis, seu præsentæ Congregationis, vlllo modo se gerant. *ibid.*
- 4 Sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ reseruata summo Pontifici. *ibid.*
- 5 Quæ vouere in quemcumque euentum

## Iesuitissa.